

Anno 1532 24. 3. Junii

E. M. J. B. Latb

Sigismundus Primus Rex

Polonicus

Laurētia Cardinali S. Thome in Carione  
Sedis Apostolicæ apud Ferdinandum

Oratori

132

Ad in Christo Sacer. Cuius literis quæ Nobis a  
Cæsare Majestate allatæ sunt, Rursus quoque Vestre  
Dominationis literæ sunt Nobis reddite, ex quibus  
libenter intelleximus, magnæ curæ esse Sanctissim  
mo Domino Nostro ut Regnum Hungariæ paci  
ficaretur, discordiæq; seditiones, & intestina dissensio  
quæ totam Republicam Christianam, in pericu  
lum vocant, ex illo subvertatur.

Accedente enim Sanctis sue auctoritatem spera  
mus vacillanti concordie, quæ inter Sanctum Do  
minum Ferdinandum Romanorum Regem & Regem  
Joannem illius adversarium hæc tempe per nos  
confici non potuit medio Dni Vni. Roms et alior  
Sincipum Germanicæ operæ facilius ad optatum  
finem deduci posse.

Certum quod a Nobis postulabat Dominiatio ve  
stra Roms ut persuasione Nostre apud Regem  
Joannem adversarium Sui Domini Romanorum

Regis



Regem efficeremus ut Oratores suos in Datar  
ensem Civitatem vel aliam quamvis Ratispona  
Viennam Ulbeni, super concordia mittere repugna  
ret, prestilium in hoc non minus, diligenter qui  
efficiamus operam, ut simul Domini Vestre Ruce  
desiderio et rei communis Christianae utilitati sa  
tisfaceamus Dominatio Vestra Ruce ex exem  
plis literarum illius quae cum presentibus mittimus  
plene cognoscat, Nobis etiam ille videtur non  
futurus difficilis in mittendis quocumque Oratori  
bus diuimodo certus esse possit, negotium concor  
diae, Summi Romanorum Regem serio secum aggre  
di, et transigere velle, Cupis negotii de concordia  
ratio, cui tota est declaratio certa et serua sui  
Domini Romanorum Regis voluntatis dependeat  
Dominatio Vestra Ruce Summi Pontificis no  
mine operari velit tam apud Casaream quam apud  
Romanorum Regis Majestatem, ut Nobis aliqua si  
gnificatione sensum animi sui de certitudine  
serua in concordia tractationis iudicent, quo Nos  
eius deliberatione instructi valeamus, apud Re  
gem Romanorum aduersarium quod cepimus de  
Oratoribus mittendis persuasione Vestra conse  
qui

De Nobis autem Dominatio Vestra Ruce  
sibi



Sibi persuadeat que tam in mittendis Oratoribus  
Nostreis quam in exhibendis probis Publicis offic  
is preesto sumus semper futuri, nulla proventus vel  
impendii vel laboris ratione habita.

Agnoscamus enim nos Publice utilitati & Christia  
ne professioni hoc debere quod tametsi ab iniis  
suscepta de Regno illo contentiovis sinceriter & so  
litate prestiterimus, unne tamen illud accuratius  
quam in Nobis facultateq; Nostra esse, impendere  
non gravaverimur, si quid in persuadenda concordia  
efficere Nos posse cognoscimus.

Ad evitandum cuius iugens excidium & ini seve  
biles Christianarum Provinciarum Vastationes prohi  
bendas, id maxime necessarium esse putavimus ut co  
cordia citissime inter Summum Regem Romanorum &  
Regem Joannem illius adversarium transigatis  
Sax. facta publicetur alioqui omnino calamitatis  
& crudelitatis genera in Populum Christi devo  
luentur

Quare Dominationem Vestram Rursum roga  
mus, prudentiam suam & Summi Pontificis au  
thoritatem, in hac publica necessitate ita accomo  
dare & dispensare velit, ut fructum aliquem Sa  
cis & Consilis & opera ejus omnes capiamus.

Factura Dominationis Vestra Rura rem professi  
one



Sicut dignam Sublime, utilem & Nobis aliisque mul-  
tis Principibus Christianis majorem in modum  
gratam,

Quam felicissimam in bona & diuturna Valetu-  
tudine esse ex Animo optamus.

Datum Cracoviae 24. 5 Junii Anno Do-  
mini 1532. Regis Vero Nostri 26.

3